CCy. 41. 0125

CONSILIORVM SEV MAVIS RESPONSORVM

ROLANDI A VALLE

IVRIS CVM CIVILIS, TVM PONTIFICII CONSVLTISSIMI,

PATRICII CASALENSIS, EQVITIS, AC IN SENATV MONTISFERRATI PRAESIDIS DIGNISSIMI,

LIBER TERTIVS.

NVNC DEMVM ACCVRATVS quàm vnquàm aliàs emendatus, & excuſſus.

Non abſq; Summarijs, & Indice locupletiſſimo.

CVM PRIVILEGIIS.

VENETIIS,

Apud Ioannem Baptiſtam Somaſchum.

M. D. LXXVII.

BIBLIOTHECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

ILLVSTRISSIMO,

ET EXCELLENTISSIMO,

GVLIELMO GONZAGAE

MANTVAE INCLYTO DVCI

ET MONTISFERRATI MARCHIONI,

DOMINO SVO.

Rolandus à Valle, S. P. D.

CVM nouerim, Sereniſsime Princeps, quæ in terris gignuntur, ad humanum omnia produci vſum, homineſq; ipſos hominum cauſa genitos, dedi ſempèr operam, vt ſi qua in re hominum generi conferre poſſem, labori nunquam parcerem meo. Quare vnum, & alterum Conſiliorum meorum edidi volumen, vt quam in iure dicundo obſeruauiſſem viã, legum ſtudioſis palàm facerem, minueremq;, qua fas eſſet, decidẽdarum quæſtionum difficultatem, citra profectò vllius gloriæ ſpem.ss.n.ſum (teſtis ſit vita mea) qui licèt ea, quæ gloriam pariunt, totis viribus exequenda putem, gloriam tamen ipſam nunquàm per ſe iudicem appetendam. hic in præſentiarum quamuis ab hoc flagrantiſsimo deſiderio maxima negotiorum, quibus penè obruor, mole retrahar, enixus apprimè ſum, ut has herbulas, tenueſq; fructus è valle mea, quæ ſterilis penè longa ſcribendi deſuetudine fuerat effecta, decerperem, tuoq; nomini, quod mihi ſalutare ſemper numen fuit, dedicarẽ in manifeſtum pectoris mei ſignum non immemoris tot, ac tantorum in me beneficiorũ, qui bus Illuſtriſsimi parentes tui primùm me boneſtarunt, ac tu deinde illorum generoſa ueſtigia ſequutus ſemper cumulaſti, nuperrimeq; in primis cùm huius ſacri Senatus Præſidem eſſe uoluiſti. Accipe ergo humaniſsime Princeps hos ingenioli noſtri fœtus, quibus aliquantulum uidear ingratitudinis notam deuitaſſe, id ſaltem quod poſſum, quando id quod uellẽ nequeo, tibi libentiſsime largitus, ſperans tibi prorſus non iniucundum fore: tum quia mittentis potius animum ardentiſsimum quidem, quàm rei miſſæ tenuitatem ſpectaturum te confido: tum quia ab ætatis tuæ incunabulis litteras ſuſpexiſſe, ſtudioſóſq; omnes non ſolũ adamaſſe, verum beneficiis & honoribus tibi diuinxiſſe, notum eſt omnibus; & hoc potiſsimùm tempore ad excelſum in terris euectus locum. vnde huic tuo deſiderio, (ut cæteris qui bus ſplendes virtutibus) latior ad emicandum patuit campus, ratus quàm maximè Rempub. modis omnibus exornare, amplificareq;, contendis litteratorum hominum administrationem adiuuare, vt piè, iuſtè, moderatè, prudenterq; populus à Deo Opt. Max. & maiorib. tuis tibi creditus, regeretur. Huic enim rei ſemper incubuiſti, in hoc unum ſemper elaboraſti, ſimul ac diuinitus mehercule nobis Princeps deſignatus fuiſti, vt quàm nactus eras Spartam (Græci ita loquuntur) Prudentia regeres, Pietate lenires, Iuſtitia contineres, Humanitate cõuinceres, quas ſanè virtutes, vti doctorẽ ſtrenuum decet, primus es aſſequutus, primus adeptus, primus exerces, ut qui fortiſsimum Ducem intueantur milites in officio vel erubeſcentes contineantur. Quis enim publicis commodis maiori cura, diligentia, fide, pietate inſeruire, quàm te intuebitur? Quis ſegnis, piger, infidus, impius fiat, qui mores, vitam, opera, ſermonem animaduertat tuum, quin probus, ſobrius, generoſus, in loquendo

CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM PRAESTANTISSIMI ATQVE CELEBERRIMI IVRISCONSVLTI, EQVITISQVE AC PRAESIDIS Senatus Montisferrati meritiſſimi.

D. Rolandi à Valle Patritij Caſalenſis.

SVMMARIVM.

1 Machinans cõtra perſonam Principis, uel eorũ qui circa eius latus aſſiſtunt, ut ſunt Proceres Sacri palatii, uel Senatores, incidit in crimẽ læſæ maieſtatis.

2 Senatores dicuntur pars corporis Principis.

3 Senatores Patres conſcriptos appellat Imperator.

4 Machinans aliquid contra perſonam aduocatorum, qui occupati ſunt circa Principem, incidit in crimen læſæ maieſtatis.

5 Offenſa facta conſiliariis Principum in dubio uidetur facta in damnum Principis.

6 Aſſaliens caſtrum domini committit feloniam, quia dicitur uenire contra iuramentum fidelitatis.

7 Aſſaliens triremes Cæſaris, & illas ſacco ponens, dicitur committere feloniam.

8 Feloniam committenti confiſcantur nedum bona allodialia, ſed etiam feudalia.

9 Delictum feloniæ cum ſit graue, officit in feudis nedum filiis, ſed etiam agnatis.

10 Vaſallus propter delictum, quod de directo offendit dominum, ſecundum communem priuatur feudo, quod applicatur ipſi domino, ſiue ſit feudum nouum, ſiue antiquum, in præiudicium etiam agnatorum.

11 Feudum in quo agnati ueniunt uirtute primæ inueſtituræ, datum cenſetur cum hac qualitate, ut ſi ingratitudo committatur contra dominum, feudum ipſum ad eũ reuertatur, etiam in præiudicium agnatorum.

12 Ordinatio nulla ualet in feudis.

13 Nec etiam pro anima.

14 Vaſallus nõ poteſt diſponere, quòd unus filiorum habeat duas partes feudi, & alter tertiam.

15 Memoria defuncti damnari poteſt quando crimen læſæ maieſtatis commiſſum eſt aduerſus Principem uel Romanorum Rempublicam.

16 Memoria defuncti in omnib. aliis capitulis præterquam in ſupradictis duob. damnari non poteſt.

17 Memoria defuncti ut damnari poſſit, non ſufficit probare, quòd is ſit reus læſæ maieſtatis, ſed quòd fuit crimẽ ipſum commiſſum aduerſus Principem.

18 Delictum extinguitur cum perſona.

19 Pœna l. ſi. ff. ad l. Iul. maieſt. non extenditur ad offendentem eum, qui circa latus Principis aſſidet.

20 Diſpoſitio l. ſi. C. ad l. Iul. maieſt. quoad pœnam de nouo impoſitam contra committentem crimen læſæ maieſtatis in principem, non extenditur ad Rempublicam Romanorum, nec ad alium.

21 Decretum Principis licèt diſponat quòd quis incidat in crimen læſæ maieſtatis, tamen ex hoc nõ ſequitur quòd memoria eius damnari poſſit.

22 Sententia condemnatoria memoriæ & confiſcationis bonorum lata contra illum, qui machinatus non eſt contra Cæſarem, ipſo iure redditur nulla.

23 Diſpoſitio l. quiſquis ad l. Iul. maieſt. quæ loquitur de officialibus Principis, locum habet in aſtantibus coram Principe, & non in aliis.

24 Qualitas requiſita à d. l. quiſquis, ſi ceſſat, etiam ceſſare debet eius diſpoſitio.

25 Magiſtratum occidens nõ incurrit in pœnam l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſta. quando conſiliarius, ſiue aſſiſtens lateri Principis miſſus eſſet in aliquam prouinciam, uel ciuitatem ut ibi magiſtratum gereret.

26 Crimen læſæ maieſtatis non committitur niſi per ſubditum.

27 Falſificans monetam ciuitatis incidit in crimen læſæ maieſtatis, ſi eſt ſubditus ipſius ciuitatis.

28 Subditus non incurrit crimen læſæ maieſtatis ſi ſit ſubditus tantum ratione feudi.

29 Feudatarius licèt iuret fidelitatem domino iuxta antiquam, & nouam formam fidelitatis, tamen ſi non ſit ſubditus aliter quàm ratione dicti iuramenti non committit crimen læſæ maieſtatis.

30 Feudatarius dicitur ſubditus ratione feudi, quò ad hoc ut poſſit agi ad priuationem feudi, non aliter.

31 Feudum antiquum, ſecũdum magis communem propter homicidium uaſalli transfertur in agnatos.

32 Officialem Principis eius lateri aſſiſtentem occidens, non animo aliquid moliendi contra Principem, ſed in odium ipſius interfecti, non committit crimen læſæ maieſtatis.

33 Patriam prodiens non odio Principis principaliter ut ei ciuitas auferatur, ſed alia ex cauſa, non incidit in crimen læſæ maieſtatis.

34 Occidens officialem Principis, ut prouincia careat illo officiali committit crimen læſæ maieſtatis.

35 Officialem Principis an quis occiderit odio particulari, ex coniecturis, & præſumptionibus probat, quibus ſtandum eſt.

Series Chartarum

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM.

Omnes ſunt Terniones præter M M. qui eſt Foglio.

VENETIIS,

Apud Ioannem Baptiſtam Somaſcum, & Fratres.

M. D. LXXVII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA